



**Rvperti Ab||batis Monasterii || Tvitiensis Ordinis S.
Benedicti The||ologi antiqui, Opera duo, ut egregia sanè,
ita diu desiderata, multoq[ue] || labore perquisita, ac
sumptu haud ita modico ...**

Rupert <von Deutz>

Colonia, M. D. XXVI.

VD16 R 3796

Ite[m] de eode[m] dicto, & q[uo]d sp[irit]us sanctus tunc primu[m]
appellat[ur] fuerit p[er]aclet[us]. i. co[n]solat[ur], eo q[uo]d sit ip[s]e
peccato[rum] remissio qua[m] uidelicet i[m]missionem ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71860](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71860)

Item de eodem dicto. et quod spiritus sanctus tunc primū appellatus fuerit paraclētus, id est, consolator, eo quod sit ipse peccatorum remissio, quam videlicet remissionem peccatorum non dabit prius, nondum glorificato Jesu. Ca. XIX.

Io. 16



Ca huius nominis paraclētus

igitur, ut aliquid dicamus dignum tanta gravitate oris ipsius domini, sed ego veritatem dico vobis, expedit vobis, simul & illud pendere operæ precium est, quia nusquam ante illam sacratissimam cœnam, in qua sermonem hunc habuit, spiritum sanctum paraclētum nuncupavit. Eruditę mentis est, sentire causam nominis huius, scilicet paraclēti, quod latine dicitur consolator. Quā videlicet causam sentiens, simul etiā percipiet, quia multum pertinuit ad rem, ut tali in tempore potissimū (quod ante non fecerat neque per semetipsum, neque per prophetas) spiritum sanctum paraclētum nuncuparet. Quale enim tunc erat tempus, vel quid illo tempore agebatur? Tempus erat passionis, tempus glorificationis: et tē hora eius instabat, ut per mortis passionem transiret ex hoc mundo ad patrem, & ideo tali transitu mox transiret, ut acciperemus peccatorum remissionem. Neque enim aliter nobis peccata remitterentur, aut remittuntur, nisi per sanguinem eius. Et quæ rogo prima vel maxima est sanctorum omnium consolatio, nisi peccatorum remissio? Cum igitur dicit, si enim non abiero, paraclētus non veniet ad vos, sic intelligi vult, ac si dixisset, si enim per passionem mortis non transiret ex hoc mundo, neque vobis, neque antiquioribus, neque venturis post vos, dabitur spūs sanctus secundum hoc datum, quod est peccatorum remissio. Quam propter causam recte dicitur & vere est consolator. Cūque protinus subiungit: si autem abiero, mittam eum ad vos, hoc patenter enunciat, quod ab ipso procedat hic consolator. Hic spiritus sanctus peccatorum remissor & ipsa remissio. Et quis, nisi infidelis, dubitare aut nescire vellet, quod de ista persona, de isto filio dei, peccatorum nobis remissio processerit? Nonne hoc ipsam nobis luce clariū facit veritas euangelij, cum ipse, qui dixerat, si autem abiero mittam eum ad vos: postquam abiit, rediens & stans in medio discipulorum suorum, insufflans & dicens, accipite spiritum sanctum, statim subiunxit, quorum remisistis peccata, remittuntur eis? Et quidem spiritus sanctus non est flatus corporeus, veruntamen per hoc verbum, quod dicitur, etum est, insufflauit, duo hæc nobis dat intelligi, & quod ex ipso procedat ista paraclēsis, & quod per hunc spiritum sanctum tam facile sit omnia peccata dimitti, quā facile, cum vult, insufflare potest aliquis. Succurrunt multa cum ratione famulancia veritati huic, & ideo ut sermo, plixus minus fastidiosus sit, quasi respiciendū ē, faciēdo finem p̄ntis libelli.

Cōvincit error grecorum

Ioh. 20. Insufflauit eum dicitur est.

RVPERTI ABBATIS

TVITIENSIS DE GLORIFICATIONE TRINITATIS, & processione sancti spiritus. Liber .II.

De thesauro nominis domini, quem qui thesaurizant sibi ipsi, iuxta beatum Job reges et consules siue principes sunt. Caput .I.



Iob. 3.

VI THESAVROS. NOMINIS TVI fideliter thesaurizant sibi, o Trinitas deus, ipsi reges, ipsi consules siue principes sunt: De quibus beatus Job, firmis talium diuitum esse cupiens loquitur. Nunc enim dormiens silerem & somno meo requiescerem cum regibus & consulis terræ, qui ædificant sibi solitudines: aut cū principibus, qui possident aurum & replent domos suas argento. Quid ego tantillus, qui thesaurum hunc inuenisse me arbitror, absconditum in agro, sicut præscripsi in præcedenti libro? Putas ne sperare audeam, quod cum possedero aurum hoc, & domū meam repleuero huiusmodi argento, dormiturus sim in silentio, & requiescerus somno meo cum illis regibus & consulis terræ: quæ semetipos regere, & alijs suo quilibet potest.

somno meo cum illis regibus & consulis terræ: quæ semetipos regere, & alijs suo quilibet potest.